B. N. C.
FIRENZE
1047
19

Digitized by Google

1047. 19

ODE II.

PROSPERI TATII

CIVIS FLORENTINI

Pro noua atque insigni D. STEPHANI classis victoria.

AD ILLVSTRISSIMVM AC REVERENDISSIMVM

PHILIPPVM SALVIATVM

Pratensi Ecclesiæ Præpositum.



FLORENTIÆ APVD IVNTAS.

Cum licentia Superiorum. 1606.

ILLVSTRISSIMO AC REVERENDISSIMO PHILIPPO SALVIATO

Pratensi Ecclesiæ Præposito.

PROSPER TATIVS S.P.D.

QVemadmodum quæ lucent corpora, propiori solis accessu nitent, ac splendent, ita quam alteram nos in Thuscas triremeis oden hoc anno elucubrauimus, luce indigens ad te solis lucem, solisq; radium, sic enim tui similem cunctis virtutibus, ac numeris absolutissimum Plato hominem appellat, Hac vna re venire ausa est, vt mirifico quoque amplitudinis tuæ splendore gaudeat, ac quocunque verterit, pari alteri felicitati elucescat. Patere igitur Solis lux, imo ipse Musarum sol, ac Mæcenas splendidissime, res vt obscuræ nitoris fulgorisq; tui munere afficiantur nostræ. Et si enim lumen de lumine, vt canit Ennius, iure negari potest nemini, quod & ipsi, ac sine detrimento enitescat, maximum tamen liberalitatis tuæ in me benefi-

cium constabit, eaque vt Romanis olim de se dixisse Iunonem circunfertur, tanto se soli recte dedicasse fatebitur. Vale. Bissanctia Stellatinorum. MDCV.

ODE II.

PROSPERI TATII

CIVIS FLORENTINI.

Pro noua atque inſigni D. Stephani Claſsis Victoria.

AN Vos Pierides candida ſplendido
Tentantes Heroum carmine munera,
Æternumque decus reddere Marti-
um.
Vocaleis cytharas iam cohibebitis.
Dum vos alliciunt per mare concauum
Res geſtæ intrepidè lintre ſuper breui?
Longum poſt vicies per iuga deuia
Se excepit ſpacium Cynthius ad ſuos,
Laertæ vt ſoboles æquora ſubiuens.
Vix bini Oceani viderat ambitum,
Inſigneſque Heroes aurea vellera
Affectare ſemel, fluctibus arduis.
Hæſere, & cupidos nominis ad Deos.
Auſu gens retulit poſtera ſimplici.
Nunc tantum in facinus nos reticebimus?
In pleno ſitiet flumine Tantalus?
Quis tendetque recens Icarus æthera,
Cui non ſufficiat remigium in via?

Forsan deficiet cursus Olympicus,
Quo non percupidè Sydera vertice
Tangas, & superes Moeonium modis?
Hic sudare iuuat, materies decens
Sat desiderijs nunc sacer Aoni.
E menso orbe breui luna recentia.
Vix ad nos voluens cornua protulit,
Pinus Etruriæ littore patrio
Cùm soluunt hilares, ac freta peruolant,
Seu quà sol oritur, quaue caput tegit,
Imos Antipodas valdius inuehens.
Et quò non penetrant? ense sibi patent
Oræ peruetitæ non sine gloria.
Euterpe huc venias, huc Polyhymnia,
Huc te Phoebe Pater ducere conuenit,
Aptantem lyrico grandia versui.
Arces Parthenias, fortia Gręciæ.
Propugnacula quis iam valuit dare,
Fortis præcipites, igneq; vertere?
Huc rumpunt, superant, signaq; figere
Audent, ac Lycios turbine Tuscia
Fundunt, ac rapiunt classica bellico.
Hoc virtutis onus, hoc opus, hic honor
Hæc Tuscos equites concitat in dies
Ad famam interitu gloria Thurcico.
Liburnum repetunt, ac spoliis graues
Tyrrhenum resecant vndique maximus,

Sacra-

Sacratisq; vouent munera trabibus
Suadentiq; D V C I viuida prælia
Victum hostem referunt, gaudia dulcia.
Gaudent inq; metu linquere Barbaros,
Frænasse ac rabiem, dum fera cogitant
Thurcæ, nec pietas nominis est sacri.
Deerit laus igitur? Pergite, non deerit,
Quò vos Martigenæ compulit hic labor.
Vobis dum tenueis dedico, sacroq;
Musas ex animo, dum prece Numina
Enixe moueo cælica supplice
Vobis serta vigent laurea, robora
Crescunt, atque hedera gramina flexili.

FINIS.

99 957297

Digitized by Google